Aelij Antonij. Nomen auctoris ⁊ materiā libri ⁊ is cui opus dedicatur in hoc titulo continentur. De auctore tamen ⁊ materia alijs in locis plura diximus

Is vero cuius nomine editiōes nostras primum emisimus. est Gutterius a toleto preclari ducis albani filius illo tempore scholarus prefectus nunc episcopus Placentinus. (Gutterium] quo nomine patruū magnū hoc est aui paterni fratrem refert. (A toleto) non toletano. nam toletanus est toleti nat⁹. a toleto quorum maiores ide cognominati sunt. (Academie) translatio est ab academia Platonis prope Athenas. (Salmanticēsis) nō salamā tin⁹ vt indocti nunc loquuntur [B.O.] i cōpendiū sic scribebant antiq̄ p bñ merenti. (Apelles) Huic prefatio duas ptes continet. Prima narrat cās cur secūdam editionē fecerit. deīde cur illi potissimū opus dedicauerit. Sed q̄ signum leuitatis cuiusdā videbatur bis idem opus edere. Apellis exemplo se excusat. Vtrido est o presul nobilissime academie nostre. Apelles cous solitus erat ꝓponere tabulas iudicandas populo transeunti ⁊c. [Apelles cous] ex coo insula non lōge a rhodo que patria q̄ fuit hippocratis medici: neq̄ em̄ fuit iudeus vt q̄dā delirauit doctus illa ratione qō horatiꝰ iudeos appellās dixit quasi circuncisos ⁊ recutitos. [Alexander magn⁹] rex macedonum [Pingi se) Ex plinio li. xxxv. Naturalis hystorie tota hec hystoria est accepta. Horatius ra. Quoq̄ li. ij. epistolarū. ne quis se prefer apellem pingeret: aut alius lysippo duceret aera. In gemmis q̄ vetuit se ab alio sculpi q̄ a pyrgotele [Cōtulisse] .i. addidisse volumínib⁹ etiam editis: que eaꝝ artem continerent. [Captans.] quasi ex insidijs aucuparivolens. (Ex occulto.] locovbi latebat (In pgula) .i. in mensa. Est etiam pgula pulpitū vñ concionantur: ⁊ fulcimentū per qō vites ꝓtendunt ramos. (Judicandas.) Plinius. Plinius Post ipsam inquit tabulam atensvi tia que nota rentur auscultabatvulgum diligentiorez iudicem q̄ se preferens. (A sutore.) Plinus. Ferūt inquit a sutore reprehensum quod in crepidis vna intus pauciores fecisset ansas. Eodem postero die superbe cauillante circa crus indignatum prodisse denunciantez ne supra crepidā sutor iudicaret: quod ⁊ ipsum in prouerbium venit. (Sutrine) Sic appellatur ars sutorū: sicut textorum textrina. (Alias partes.) scilicet circa crus (Ultra calceos) Plinius crepidas dicit. (Quorsum tā multa.] quia nimis euagatus est: redit ad ꝓpositum. [Tam multa.] scilicet dicta sunt. [Ut ostenderem] respondent interrogationi. [Ratione ꝓfessiōis] Artis grāmatice. [Offi cij delegati], i, cathedre mihi ⁊ salario decrete. [Nō alienū] initio ꝓpriū. [Ducerē], i, cogitarem

Aelij Antonij Nebrissensis grāmatici itroductionū latinarū in secūdā editionē ad preclarum adolescētē Gutteriū a Toleto Salmāticēsis academie presulē B.O. Prefatio incipit feliciter.

Apelles cous a quo vno. Alexāder ille magnus pingi se curauit alios edicto prohibens qui plura solus in arte pingendi q̄ reliqui omnes contulisse dicitur qui deniq̄ pictores cunctos ante se genitos: et si dicendum est futuros superauit: solitus erat academie nostre presul nobilissime antea q̄ tabulas a se perfectas diuēderet aut donaret captās ex occulto vulgi sermonem illas in pergula transeunti populo iudicandas proponere: vt si quid vitij esset in pictura iuste reprehensuz emēdaret. Cūq̄ a sutore culparetur q̄ in calceis nescio quid contra rationem artis sutrine pinxisse: postridieq̄ sutor circa alias picture partes cauillaretur: ferūt. Apellem ex latebris indignatum prodisse: monuisseq̄ sutorem ne vltra calceos iudicaret: quod ipsum deinde prouerbium venit. Quorsum tam multa de apellevt ostenderem me in prima introductionum mearum editione feciſſe tale quiddam quale Apelles in pictura. Nam cum ⁊ ratione professionis ⁊ officij mihi publice delegati non alienum duceremq̄ in tanta scriptorum varietate opus illud quale cunq̄ fuerit componere. fateor me non satis pru